

Nicolao dicto de Appendorp familiari et confratre nostro unum mansum duodecim iugerum in campis ville Corlingge situm, dimidium quoque mansum sex iugerum in campis ville veteris Wedingge (ex decem et septem iugeribus decem et septem solidi die beati Mauricii provenienti, de residuo iugere, quod incolit Heyne dictus Crudere, solidus et duo pulli), item quinque curias villa sitas in eadem, quarum prima tres solidos solvit et duos pullos, secunda duos solidos, tertia unum solidum et III pullos, quarta dimidium fertonem, quinta lottonem, ad usus ecclesie nostre pro undecim marcis Stendalgensis argenti comparavit ab honestis famulis et strenuis Arnolde Henrico Berwico Thiderico Iohanne filiis quondam domini Thiderici militis dicti Harestro et Henrico dicto Berwich filio Iohannis dicti Berwici, consensum prebentibus heredibus eorundem, quos et quas in pheodo a nobis nomine ecclesie nostre tenebant famuli suprascripti. Nos vero eidem domino Andree predicta bona ad vite sue tempora cum omni iure libere tradidimus possidenda, ipso vero ex hac luce subtracto obedientiarius nostri monasterii, ad quem locatio dictorum bonorum deinceps pertinebit, que infra scripta est, inde fieri procurabit, videlicet ut summe vigilie in die beati Thome apostoli et missa crastino eiusdem pro commemoratione fratrum nostrorum cum luminibus et pulsatione ambarum campanarum cum debita reverentia sollempniter quolibet anno per conventum nostrum celebrentur, et ut ad consolationem fratrum viginti et duo solidi, duo quoque custodi pro pulsationibus et candelis ministrentur, qui etiam custos unam candelam de dimidio talento ante corpus Christi accendi faciat et consumi. De residuis vero tribus lottonibus et octo pullis elemosinas bis quolibet anno in die scilicet beati Thome apostoli et in die beate Margarete virginis obedientiarius idem facit erogari, ita tamen quod octo pullos iam tactos in suos convertat usus et octo nummos elemosinis adiciet pro eisdem. In cuius venditionis et ordinationis testimonium presentes litteras fecimus nostri conventusque nostri sigillis fideliter roborari.

Actum et datum in monasterio nostro anno domini MCCCXL in festo adventus reliquiarum beati Iohannis baptiste nostri patroni gloriosi.

*Original im Staatsarchiv zu Magdeburg s. r. Kloster-Bergische Stiftung 57. Abschrift im Privilegienbuche S. 226—228 mit der Ueberschrift: Korlinge unus mansus. in cap. F XIII. — Das Datum lässt sich nicht bestimmen.*

(1340).

201.

*Eberhard von Wulffen (Everhardus de Wulven), Conventual im Kloster Berge, erwirbt für sein Geld einen Wispel Weizen, welchen er zur Feier des Festes der h. Barbara bestimmt.*

*Gesta abb. Bergg. in den Magdeb. Geschichtsblättern V, 447.*